



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Censuræ Libelli Montis Thabor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)



CENSURÆ

LIBELLI MONTIS
THABOR.

I. **R**EV.^{MUS} D. Conradus Morus S. Th.
Doct. Cathedralis Ecclesiæ Curien-
sis nunc Præpositus, sub dato 22. Julij 1665.

*Iste sua claustrales primitiæ non possunt sa-
tis laudari ab hisce Rev.^{mis} DD. Cathedralibus,
& alijs principalibus Curatis, quibus commu-
nicavi opusculum.*

II. **R**EV.^{MUS} D. Melchior im Hoof S.
Th. Doct. Præpositus, Commissarius, De-
canus & Parochus Altorfij, 19. Apr. 1665.

*Si liber ille digno pretio æstimandus foret,
non posset alio, quàm multi auri & argenti æ-
stimari, tam is est pretiosus in suo genere, vix
sui parem habens.*

REV.^{MUS} D. Nicolaus Hedinger, Præpo-
positus & Commissarius Solodori, 13. Maij,
1665.

*Ut liber iste spiritualis in Conventu nostro
hebdomadario publicè prælegeretur, quampri-
mùm operam dedi, quatenus major ex illius usu
fru-*

fructus animarum consequatur, quod certo certius futurum esse spero.

IV. Adm. Rev.^{us} &c. D. Franciscus Radheller, S. Th. Doct. Decanus & Parochus Suij. 18. Decembr. 1665.

Libellus iste aureus est, imò Angelicus: aureus, quia luteos homines aureos facit: Angelicus, quia homines in Angelos transformat. Dignissimus eapropter est, & maxime nobis secularibus Sacerdotibus, ut qui hic in terris potestate plusquam pollemus Angelicâ, vitâ quoque Angelicâ pro possibili fulgeamus.

V. Adm. Rev.^{us} Gregorius Signer, S. Th. Doct. Commissarius, Decanus, & Parochus Tugij. 29. Decembr. 1664.

Montem hunc A. R. P. solitudinem appellas, quem caelum ego rectius dixerim, tot stellis, ut inspexi, quot verbis rutilum gratia firmamentum, & viam lacteam perfectionis. Uno hoc libello, Pater, omnia mihi donasti, quia caelum & Deum dedisti.

VI. Adm. R. D. Joannes Rotenfluc, S. T. Doct. Commissarius, Decanus, & Parochus Rapperswilæ. 27. Janu. 1665.

Suas mihi antehac jam cognitae, nunc lucubritas lucubrationes accepi, opusculum sanè meo iudicio, absque fuce dico, toto mundo admodum immundo reformando dignissimum.

Rev.

VII. Rev.^{mus} D. Gerardus Abbas Monasterij Maristellani, Ord. Cisterciensis sub dato 20. Janu. 1665.

Liber iste, quem nemo non amet, quàm qui pietati Religiosa, & virtuosa probitati, imò omni sanctioris vite perfectioni bellum indixerit, versabatur jam aliquanto tempore inter manus meorum; cum pyssimâ invidentiâ quisque inter primos numerari voluerat hujus pretiosi thesauri possessores.

VIII. Rev.^{mus} D. Georgius Abbas Monasterij Adelbergensis. Ord. Præmonstratensis, 18. Janu. 1665.

Nec minùs bene factum, accommodando scriptionis argumentum statui Clericalùs secularis, cujus maxima cura est animarum salus, ad cujus prasidium apprimè conducit vite exemplum cujus prasidia Mons iste pinguis suppeditat.

IV. Rev.^{mus} P. Seraphinus, Ord. S. Francisci Conventualium Provincialis. 21. Febr. 1665.

Venit ad manus meas Mons Thaboraus, quem avidè desideravi. Ego jam aggressus pedem Montis, quacunque mihi se prabens obviam, ambabus manibus amplector, tota totus approbo, spe plenus optimâ, futurum, ut ex tantâ rerum pulcherrimarum ubertate, parvulum saltem fructum mihi invenire possim.

THEO.